UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Felice [et] constantia martyribus. Cap[itulum]. xcvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

immortalē a dño coronā percipere meruerunt xiiij. kalen. octobris: vt ait ado in martyrologio.

¶ De ſanctis Felice ꝛ conſtantia martyribus. Cap. xcvi.

FElix preſbyter ꝛ conſtantia martyres tpe pſecutionis. Neronis imperatoris apud nuceriā ciuitatē paſſi ſunt. Qui rabie dicti ceſaris in xpianos creſcēte: dum xpm cōfiteri nō dubitaſſent: gladio capite ceſi martyriū cōſumauerūt. xiiij. kal. octobris. hec ado.

¶ De ſanctis Fauſta et euſtaſio martyribus. Cap. xcvij.

FAuſta virgo et euſtaſius martyres apud cyzicū ciuitatem paſſi ſunt: ſub maximiano imperatore. Cū eni fauſta eſſet infantula annoꝝ. xiij. filia gemelli pretoris ciuitatis: parentibꝰ ambobus orbata: xpm dñz clara cōfitebatur voce. Miſſus eſt igit̄ euſtaſius preſes annorū. xl. a maximiano auguſto ad cyzicū ciuitatē. Qui puellā detētā fecit radi: ꝛ ad turpitudinē decaluari. Sicq; in equuleo ſuſpendi et torqueri. Statimq; coruſcationibus factis: multi miniſtrorum occiſi ſunt. Deinde in loculis miſſa: dum ab hora prima diei vſq; ad ſextā ſerra ferrea ſecaretur: nec in aliquo ledi poſſet: predicante virgine gloriam chriſti: euſtaſius preſes conuerſus ipſam dimiſit: ꝛ baptiſmum ſuſcepit. Deinde maximianus hoc audito miſit alium preſidem nomnine eracum: quem iurare fecit ne vnq̄ crederet in chriſtum. Qui euſtaſium ꝛ fauſtam iuſſit comprehendi: ꝛ euſtaſium in equuleo ſuſpendi ꝛ torqueri. Fauſtam ꝟo ſicut crepidas capite: fronte: facie: pectore: toto q; corpore clauis configi. Cum autē illeſa permanſiſſet: mandauit eam cum euſtaſio in ſartaginem mitti: et plumbo bulliēte ollam repleri. Quibus orantibus ꝛ pſallentibus: plumbum ſicut aqua tepida refrigeratum eſt. Sancti ꝟo quaſi in balneo iacentes: voce ipſos de celo vocante ſpiritum emiſerunt. xij. kalen. octobris.

¶ De ſancto Priuato epiſcopo et martyre. Cap. xcviij.

PRiuatus epũs et martyr paſſus eſt in territorio Gaualitane ciuitatis temporibus valeriani ꝛ galieni imperatorum ſub perſecutione allemanorum: qui ab occidente aduerſus rempublicā cū rege ipoꝝ herode cōuenientes: tranſmiſſo regno gallias infeſtabant. Uenerunt q; ad montem gedronem in ſolo gaualitane ciuitatis poſitum: ad quam gaualitani ciues quaſi in preſidium confugerant: quem ipſi hoſtes per biennium obſiderunt. Sed beatus epiſcopus cum populo ſuo in ipſo monte non erat: eo ꝙ in alio ſibi monte cellam conſtruxerat: in qua lectioni et orationi inſiſtebat. Cum igitur hoſtes epiſcopum ibidem eſſe comperiuut: ad eum accedunt: et ſperantes per hoc populum obſeſſum flectere: priuatum capiunt: et vt ſuos ciues ad ſe tradendum hoſtibus inducat compellunt. Recuſantem ꝟo hoc facere: fuſtibus grauiſſime cedunt: et ducentes illum ad gaualitanam quam ceperant ciuitatem: cū nec ipſum ad immolandum idolis compellere poſſent: in ignem miſerunt. Sed cum inde illeſus euaſiſſet: lanceis ꝛ cultris pluribus ipſum plagis confoderunt. Redeūtes autem ad gedronem montē: populo libertatem egrediendi concedunt: illiſq; exeūtibus ꝛ ad epiſcopum ſuum ſemineccem recurrentibus: germani oppidum capiunt: et totaliter vaſtauerūt. Sanctus autē martyr vulneribus perſecutorum attritus: inter ouiū ſuarum manus poſt dies modicos emiſit ſpiritum duodecimo kalen. octobris. Sepultuſq; eſt in ſubterranea crypta propter perſecutionem paganorum: qui nec ſanctorum cadaueribus indulgebant.

¶ De ſancto Eulogio preſbytero. Cap. xcix.

EUlogius preſbyter: vt in vitis patrum habetur: i heremo de ſcythei egyptiorum claruit. Qui cogitationes hominū cognoſcens: cum quoſdam aliquādo indigne velle communicare videret: ſinglos remouebat: ꝛ eorum cogitationes detegebat: donec omnes per penitētiam purgabant: et ſic illos ad cōmunionem admittebat. Quieuit aūt in heremo de ſcythi duodecimo kalen. octobris.

¶ De ſancto Mattheo apoſtolo ꝛ euangeliſta. Cap. c.

MAttheus apoſtolus ꝛ euāgeliſta ex tribu leui progenitus a qua et ſm nomen aſſumpſit: ex publico autem theloneario opere publicanus appellatus ex publicanis a dño ad penitentiā vocatus: ꝛ in aplatū trāſlatus eſt:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN